DOCUMENTO 2

Ramiro I de Aragón concede a la catedral de Jaca trece iglesias situadas en sus alrededores.

Arch. Catedral de Jaca, leg. 1, documentos reales, n.º 3.
Arch. Municipal de Jaca, *Libro de la Cadena*, fol. 91 - 93 v.º
Edita P. HUESCA, *Teatro histórico*, VIII, apén. V, pág. 448.
Edita IBARRA, *Documentos de Ramiro I*, p. 177.
Edita SANGORRIN, *El Libro de la Cadena de Jaca*, p. 59 - 61.

Sub Christi nomine et eius gratia. Nos Ranimirus, quamuis indignus rex Aragonum, una cum filio nostro Sancio, donamus Deo et beato Petro Iaccensi ecclesiae tredecim ecclesias circumadiacentibus ciuitatis Iaccensi, quam ecclesiam per nos esse fundatam, scilicet ecclesiam de Auosse, ecclesiam de Ypasa, ecclesiam de Bandrese, ecclesiam de Gossa, ecclesiam de Ulle, ecclesiam de Barose, ecclesiam de Ayne, ecclesiam de Larbesa, et monasteriolum nostrum Sancti Iuliani de Esa cum pertinentiis suis, ecclesiam de Guaso, ecclesiam de Auaie, ecclesiam de Banaguase et ecclesiam de Asieso.

Predictas uero ecclesias concedimus siue offerimus Deo et beato clauiculari Iaccensi ac canonicis ibidem Deo servientibus de consensu dompno Sancio Iaccensi episcopo, magistro notro, ut habeant canonici in commune per secula cuncta.

Et si quis contra istam nostram donationem uenire temptauerit, in iram et indignationem Dei subiaceat, et cum Datam et Habiron et cum Iuda proditore partem habeat in inferno inferiori, per secula cuncta, amen, amen.

Facta carta in monasterio Sancti Iohannis de Pinna, era T.ª C.ª I.ª, inditione XIII.ª, mense aprilis, anno Incarnationis Dominice T.º LX.º III.º

Ego Ranimirus hex hanc donationem propria manu confirmo SS *(signo)* et omnes proceres meos rogo ut hec confirment et suscribant.

Sancius filius regis SS *(signo)*.

Sancius ecclesie Iaccensis episcopus SS *(signo)*.

Uelasco cenobii Sancti Ioannis de Pinna *(signo)*.

24 Sancius comes SS *(signo).*
Fortunio Sancii procer SS *(signo).*
Lope Garseanus procer SS *(signo).*
27 Eximinus Sancii SS *(signo).*
Sancius Garcez d'Espier nutritus aula regis *(signo).*